	Ex Calculo Rudolph.			Ex Obſervat.			Differ.		Tempus.		
	Hor.	′	″	Hor.	′	″	′	″	Hor.		
Initium	9	22	26	9	22	0	0	26			
Max.Obſcur.	10	17	57	10	31	0	13	3			
Finis	11	13	26	11	39	40	26	14			
Dig.Eclipſ.	4	21	30	4	22	0	0	30			
Semid. ☉	0	15	0								
Semid. ☽	0	15	3	0	13	53	1	10	10	0	0
				0	14	0	1	3	10	24	0
				0	14	50	0	13	11	0	0
				0	15	0		0	*ultimo.*		
Duratio	1	50	58	2	17	40					

An Extract of a Letter of the Learned Dr. Matthias Mangold *of* Baſel, *concerning a* Mathematico Hiſtorical Table, *deſigned in that Univerſity; together with a Deſcription of the import of the ſame.*

——Cæterum, hanc mihi inſuper indulgeo licentiam ut ſuper Tabula Mathematico-hiſtorica, à Clariſſimo *Megerlino*, Matheſes apud nos Profeſſore non contemnendo, adornata (cujus Deſcriptio inclusâ ſcedulâ continetur) tuam flagitem judicium, et quid de ea apud vos ſperare liceat.——

Baſileæ 4 Non. *Martii* MDCLXXVI.

Tuus

Matthias Mangold.

Deſcriptio
Tabulæ Mathematico-Hiſtoricæ.

AD imitationem Geographorum, qui typum totius Terrarum Orbis unicâ Tabulâ repræſentant, omnia totius Mundi ſecula ad noſtrum uſque elapſa, omniumque Gentium Hſtoriam, unicâ Tabulâ, *memoriæ juvandæ causâ, ob oculos ponere conatus ſum idque, ut omnes hiatus evitentur, quàm commodiſſimè fiere poſſe putavi, ſecundùm* Revolutiones Conjunctionum & Oppoſitionum Magnarum *Saturni & Jovis ad Trigonum Igneum; quarum ſingulæ octingentos annos complectuntur, ac* ſeptem Revolutiones, *ceu ſeptem Mundi ætates, omne ævum ab Orbe condito uſq. ad noſtrum ſeculum exhauriunt: 1a Incipit à Creatione & Adamo: 2. ab Enocho: 3. à Noaho & Diluvio: 4. à Moſe, & Exitu ex Ægypto: 5. ab Eſaja, Captivitate Aſſyriaca, Olympiadibus, Romulo: 6 à Chriſto nato, & Auguſto, denique 7. à Carolo Magno, & Imperio Germanico.* Tabulam *igitur* Mathematico-Hiſtoricam *quatuor foliis à ſiniſtra ad dextram conglutinatis,*

conglutinatis, per ſeptem Columnas *concinnavi, longitudine æquales, octo ſecula à vertice ad calcem ſpatiis æqualibus comprehendentes; latitudine verò valdè diſpares, prout materia hiſtorica paulatim creſcens id exigebat:* Prima *enim &* Secunda *ſunt admodum tenues cum res antediluvianæ ferè ſint incognitæ:* Tertiam *&* Quartam (*ut & reliquas omnes*) *ſubdiſtinxi in ſua quaſi latera, quorum illa quatuor, hæc quinque habet, res Eccleſiæ Aſiæ, Africæ, & Europæ Orientalis atq; Occidentalis continentes; illa autem anguſta, quia præter res Eccleſiæ reliqua ferè omnia ſunt fabuloſa: Cum* Quinta *Columna tempus Hiſtoricum incipit, ideoque latera habet ſatis lata, eaque ſex; prioribus enim res Europæ Septentrionalis ſeparatim traditæ, accedunt: Et hucuſque* Prima Pars *Tabulæ ſe extendit.* Altera *à Chriſto nato ad noſtrum ſeculum ex duabus ſolùm (ſcil.* Sexta *&* Septima) *Columnis latiſſimis conſtat, in multa latera, res Eccleſiæ, Germaniæ, Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Angliæ & Scotiæ, Daniæ & Sueciæ, Poloniæ, Ungariæ, Græciæ, Aſiæ, Africæ, ſeparatim exhibentia, diviſis. Adjungi poſſet* pars Tertia, *rerum noſtro ſeculo per Orbem geſtarum. Omnes autem illæ Columnæ ſimùl oſtendunt in margine Signa & Gradus Zodiaci, atque etiam annos Mundi, Periodi Julianæ, & Epochæ Chriſtianæ, in quibus Conjunctiones illæ & Oppoſitiones Magnæ contigerunt; ac tranſverſim diſtinctæ ſunt in quatuor Trigonos Signorum, & horum quilibet in duo ſecula, quorum quodlibet ſeu quævis areola, quindecim lineolis deſcribitur. At ne nimia rerum, quas tango, brevitas Lectorem deſtituat,* Indicem *Tabulæ addidi locupletiſſimum, cum perſonis ac rebus geſtis Chronologiam & Authores hiſtoricos indicantem, qui Commentarii vices præſtabit: Sed & alius accedit* Commentarius *brevis Chronologicus, in quo uſus Chronologiæ in hiſtoricis oſtenditur, & Ex. gr. Anacriſis Blondelli de Joanna Papiſſa examinatur; cum Appendice* Cyclorum Planetarum, *quibus mediantibus vera eorundem loca, & Eclipſes Luminarium, ad ſex mille annos ex Ephemeridibus noſtri ſeculi facillimè depromi poſſunt.*

P. Megerlin.

An